



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

LIX. Forma conuentionis Donatistarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ASSE
CÆLESTIN
414

moram, quæ retardaret eius aduentum. Tamen etiam circa ipsos (si caritati vestræ placet) hæc forma seruabitur, vt placita ad eosdem Concilii transmittantur. Ab vniuersis episcopis dictum est : Hæc, quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent.

L VIII.

Cod. Can.
cap. 91.

Aurelius episcopus dixit : Quod in tractatum venit caritatis vestræ, puto hoc ecclesiasticis gestis esse firmandum. Professio vestrum omnium hoc deprompsit, debere vnumquemque nostrum in ciuitate sua per se conuenire Donatistarum præpositos, aut adiungere sibi vicinum collegam, vt pariter eos in singulis quibusque ciuitatibus vel locis per magistratus vel seniores locoru conueniant. Hoc, si omnibus placet, edicatur. Ab vniuersis episcopis dictum est : Omnibus placet, & omnes hac subscriptione nostra firmabimus. Petimus etiam, vt epistolis ad iudices de Concilio mittendis, pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius episcopus dixit : Si videtur caritati vestræ, forma conventionis eorum recitetur, vt hunc tenorem prosecutio nis omnes (si placuerit) teneamus. Ab vniuersis episcopis dictum est : Recitetur. Lætus notarius recitauit.

L IX.

Cod. Can.
cap. 92.

Ille episcopus ecclesiæ illius dixit : Quid de autoritate illius amplissimæ sedis impetraverimus, petimus grauitatem vestram recitare, & gestis innecti, atque vt in effectum deduci iubeatis. Recita ta autem iussione, atque actis innexa, dicat. Ille episcopus ecclesiæ illius dixit : Quid ergo nobis de Concilio ecclesiæ catholicæ mandatum sit, ad Do-

ANNO CHRISTI 434 natistas per vestram grauitatem perferendum , au-
dire , & actis inferere , & ad eos perferre dignemini ,
corumque responfionem rursus apud acta vestra
nobis insinuare . Conuenimus vos ex Concilii no-
stri catholica auctoritate missi , de vestra correctio-
ne gaudere cupientes , considerantes Domini cari-
tatem , qui dixit : *Beati pacifici , quia ipsi filii Dei vo-*
cabuntur : & admonuit per prophetam , etiam his Isa. 66.
lxx. 70.
qui dicunt se fratres nostros non esse , dicere nos
debere , *Fratres nostri eftis.* Hanc ergo pacificam ex
caritate venientem communionem nostram con-
temnere non debetis , vt si quid veritatis habere vos
arbitramini , non dubitetis afferere , id est , vt con-
gregato vistro Concilio , deligatis ex vobis , quibus
caufam assertionis vestræ committatis , vt & nos
possimus hoc facere , vt etiam de nostro Concilio
deligantur , qui cum eis quos delegeritis , constituto
loco & tempore , quidquid quæſtionis eſt , quod
vestram a nobis separat communionem , cum pace
discutiant : & tandem aliquando , adiuuante Do-
mino Deo nostro , finem veternosus error acci-
piat , ne propter animositatem hominum infirmi
noſtri & ignari populi sacrilega diſſenſione disper-
cant . Si enim hoc fraterne acceperitis , veritas fa-
cile dilucescet . Si autem hoc facere nolueritis , dif-
fidentia vestra facile innotescet . Cumque recitata
eſſet , ab vniuersis episcopis dictum eſt : Satis placet .
Hoc fiat . Et subſcripſerunt : Aurelius episcopus ec-
clesiæ Carthaginensis huic Decreto confensi , &
præleeto subſcripsi . Similiter & ceteri episcopi sub-
ſcripſerunt .

Concil. Tom. 4.

Zzz ij

Hæc eſt illa
forma con-
ventionis ,
de qua vide
quæ nota-
vimus loco
prædicto .

Matth. 5.